



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XLV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Scyphus in quo augurari solet,) pro quo auguratus est, id est, de quo diuinatores consuluit, ut sciret, quis eum surripuisset. Alij interpretantur, cogitat amissionem Scyphi, ex quo bibit, esse sibi malum omen.

An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia.)

An ignoratis talem uirum, qualis ego sum, certissime ista diuinare potuisse, ut supra 41. Pharao inquit, Nunquid sapientio rem, & similem tui inuenire potero.

## CAPVT XLV.

### LOCI PRÆCIPVI.

#### I.

VT Ioseph suam erga fratres φιλοσοφία diutius tegere non potest: Sic paterna σοφία in Deo erga afflictos & consternatos, non perpetuo latet, sed tandem sese exerit, & tarditatem ubertate compensat. Cogitetur autem quanta uis fuerit fratrum

terni amoris in Ioseph, & econtra quæ fratrum cogitationes de parricidio.

## II.

Cause calamitatum Ioseph supra recitatae hic recitantur.

1. Efficiens. Deus uolens & permittens, ut inquit, Pro salute uestra Deus misit me in Ægyptum. 1. Reg. 2. Dominus mortificat. Matth. 10. Unus capillus capitis non cadit in terram sine uoluntate patris cœlestis.
2. Finalibus causis octo supra expositis, addantur hæ duæ ad Ioseph proprie pertinentes.

1. Ut Ecclesia domestica Iacob tempore famis aleretur, iuxta promissionem Psalm. 32. Oculi Domini super metuentes eum, & qui sperant in Nomen eius, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Psalm. 36. Non confundentur in tempore malo & in die famis saturabuntur.

2. Ut uera de DEO doctrina in Ægypto propagaretur, & disciplina honestè regeretur, ut esset Nutritius Ecclesie & ἐνοχὸς γένους.

## III.

Pietas Ioseph, qua parentem & fratres ardenti amore & honore complectitur. De hac uirtute Ecclesiast. 3. dicitur. Qui timet Dominum, honorat

h   z   parens

parentes, sermone, opere & patientia. Primum igitur agnoscens Ioseph diuinitus sibi patrem datum & conseruatum, & fratres copulatos esse, amantissimis uerbis ardentem pectoris soγυλῶ ut cunq; exprimit. Deinde eam ipso opere declarat, dum non solum communibus officijs suam reuerentiam ostendit, sed etiam seuissima famis tempore ἀνυπελαργεῖ, & dulcissima nutritionis officia, seni parenti reddit, & uerè est ut in Aiace Sophoclis dicitur, γρηγορόσκος.

Postremo patientia & ἐπιεικεία uerè Heroica & diuina μήμνησι καὶ, fratribus condonat patricidium erga se, quantum in ipsorum uoluntate erat commissum.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτέτυχθα ἔασομεν ἄχνημενοιπέρ.

### IIII.

De ardenti φιλοσογίᾳ Ioseph erga fratrem Benjamin.

CAPVT